



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXII. Vita, Vivere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

do non polluitur. Cardin. Tusch. *pract. concl.* tom. 8. lit. V. *concl.* 213. per tot. Aloyf. Ricc. in *decif. Curie Archiepisc. Neapol. decif.* 16. n. 10. p. 2. Anton. à Sousa in *relect. de cens. in Bulla Cane Domini, cap. 12. disp.* 62. n. 2. & cap. 15. *disp.* 78. n. 3. Aldrete in *allegat. Juris pro omnimoda Regularium exempt.* pag. 2. cap. 1. n. 2. (si in continenti fiat. d. c. olim 12. extr. *restit. spoliat. d. c. si vero* 3. non ad fumendam vindictam, sed ad propulsandam injuriam. c. *significasti* 18. extr. de homicid. c. *dilecto* 6. in princ. de *sentent. excomm.* in 6. qui enim modum excedit, tenetur, d. c. olim.) Ita officiali injustè procedenti de facto potest restitui, Brunnem. ad l. 5. C. de *Jure fisci.*

CAP. XXXI. Vitiosum. Vitium.

Axioma I.

Quod ab initio vitiosum est, tractu temporis non convalescit. l. 1. §. 2. C. de *Contract. judic.* l. 1. de *Regul. Caton.* l. 25. C. de *Donat. inter vir. & uxor.* l. quod ab initio 29. ibique Dec. l. quæ ab initio 210. ff. de R. l. c. non firmatur 18. & ibi Dyn. eod. in 6. pr. *Inst. de exhered. liberor.* Bald. ad tit. de *Pac. Constant.* in verb. *sententia quoque* & in l. *filisfam.* 22. ff. de *solut.* Alex. *conf.* 171. volum. 2. Phil. Matth. 1. *conf.* Marp. 20. n. 29. ratio, quia si- cut tempus obligationem nec inducere nec tollere potest l. *obligationum* 44. §. 1. ff. de O. & A. ita nec sine alterius causæ adminiculo actum reparare, five eum, qui ab initio fuit invalidus, confirmare potest. Phil. Matth. ad d. l. 29. n. 7. ubi exemplis axiomam 3. 4. 5. & seq. illustrat.

Declaro scilicet tum demum huic locum esse, cum perpetuum est id, quod ab initio vitiosum quid facit, nec quicquam interim accedat, unde vires sumere possit: ceteroquin si impedimentum illud perpetuum non sit, novaque aliqua causa superveniat, quæ actum confirmet, initio vitiosum convalescit. arg. l. 2. C. de *his que vi meruarie causa gesta.* l. cum hic status 32. ff. de *donat. inter vir. & uxor.* §. 4. in fin. *Inst. de milit. testam.* hinc est quod nuptiæ initio invalidæ novo superveniente consensu confirmantur l. 4. ff. de *rit. nupt.* l. *et si* 6. C. de *nupt.* Phil. Matth. 2. *conf.* Marp. 26. n. 80.

Limita ergo, non procedere quando voluntas contrahentium interdum, quod vitiosum est, confirmare & ratum habere possit, l. 60. §. 6. l. 65. §. 2. ff. de *rit. nupt.* l. *Stichum* 35. §. *aditio* 3. *vers.* aliquando, de *solut.* l. cum *vir* 42. ff. de *Usucap.* idem esse quando Lex vel Princeps talia confirmaret, addis Hyppolit. à Collib. ad d. l. 29. de R. l.

II.

Vitia plerunque se esse virtutes mentiuntur, dum sub specie virtutum latentè subintrant, c. *sepè* 6. *disp.* 41. Avaritia enim excusari vult sub nomine parimonix, effusio dici largitas, crudelitas ab impijs zelus justitiæ vocari, & remif-

sio pro proprietate haberi. Pacian. 2. de *probat.* c. 34. n. 37.

III.

Vitio commissio in uno totum corrumpit & vitiat. Bald. in c. ad *audientiam.* n. 11. de *rescript.* per c. si eo tempore 9. c. d. tit. n. 6.

Intellige procedere in connexis principali negotio, non vero separatim. Unde & surreptionem in una parte non vitari, nec invalidum reddere rescriptum in alijs, si illud plura & separata habeat capitula, asserunt Panorm. in c. *sedes* n. 4. extr. de *rescript.* ibidemque Felin. n. 2. & post eos Gail. 1. *obj.* 14. n. 5.

IV.

Vitia parentum filiis non imputantur. c. *unde cumq;* 3. *disp.* 56. nec nocent eis. c. *nunquam* 4. c. *sponsus* 6. d. *disp.* 56.

V.

Vitia sunt extirpanda. *proem. Clem. extravag. sancta in fin. de religiof. domib.* neque is via aperienda. *clem. ult. de Elect.* unde qui errantes condemnat, vitia se odisse probat. c. *facientis* 3. §. & *libat.* *disp.* 86. qui autem vitiiis nutriendis par- cit, misericors non est. c. *qui vitiiis* 23. q. 5.

VI.

Vitia morum magis sunt præcavenda, quam verborum. c. *quavis* 11. §. *sed licet.* *disp.* 38.

VII.

Vitium rei sequitur omnem possessionem. c. *sape* 18. de *restit. spoliat.* l. 11. C. de *acquir. possess.* adeoque cuius possessori in usucapione obstat, ita ergo vestimentum ex lanâ furtivâ factum non poterit præscribi l. 4. §. 20. ff. de *Usucapion.* idem in re vi possessâ, §. 2. *Inst. eod.*

Limita, ut procedat (1.) de ordinaria præscrip- tione. Nam triginta annorum spatio etiam res vitiosa præscribitur l. 3. C. de *prescript. 30. annor.* Cujus rei præjudicium in rustico fugitivo habet, *Mev. P. 2. dec. 101.* (2.) nisi vitium reale fuerit, purgatum. vid. *Axiom. seq.*

VIII.

Quotiescunque res jussu revertitur ad domi- num suum, scientem, rem esse suam, toties viti- um reale dicitur purgatum. l. 4. §. 12. *seqq.* ff. de *Usucap.* quia sic cessat causa, ex qua vitium e- rat contractum. Ita ergo si creditori ab extra- neo pignus ablatum debet in potestatem debi- toris, tanquam veri domini, reverti l. 4. §. 6. ff. *eod.* Aliud exemplum de re pupillo vel furioso subtractâ est in d. l. 4. §. 11.

Limita, ut aliud sit, si ipse dominus abstule- rit, c. g. debitor creditori pignus. Sic enim ad creditorem debet res rediisse l. ult. ff. de *Usucap.*

CAP. XXXII.

Vita, Vivere.

Axioma I.

Vitam alleganti incumbit onus probandi. l. *spadonem* 15. §. *qui absolutis* 13. ff. de *excusat. tutor.* Bart. in l. *siquidem.* in princ. *solut. matrim.* & in l. 2. n. 7. *vers.* sed contra prædicta. ff. *judicat. solv.* Alex. in l. *sed et si de sua.* in fin. *vers.* quod confir- mo. ff. de *acquir. hered.* & *conf.* 27. *consideratis* his. num. 7. *vers.* aliâ ratione videtur vol. 7. Gozadin.

(L1)

conf.

conf. 68. videtur prima facie n. 5. vers. sexto & ultimo limitatur. ff. de reb. dub. Cagnol. in l. si emancipari num. 90. vers. sed verius est C. de collat. Gabr. concl. 16. n. 6. de p[re]sumpt. Covar. 2. var. resolut. c. 7. col. 6. vers. si crebriori calculo. Alciat. de p[re]sumpt. 44. in fin. reg. de p[re]sumpt. Exemplum vid. in l. si inter virum. ff. de reb. dub. add. & Aretin. conf. 50. copiose & eleganter. vers. secundo hoc probatur. col. 2. Roland. à Vall. de lucro dot. quest. 60. Aut statutum n. 4.

II.

Vita potius p[re]sumitur quam mors. Bart. conf. 145. in fin. vol. 5. Pacian. 2. de probat. c. 7. n. 17. in addit. lit. C.

III.

Vita hominis & ejus fama procedunt à pari: ita non minori cura & studio honor atque fame integritas nobis, quam vita ipsa cordi esse debet. l. reprehendenda 5. C. de instit. & substit. l. isti qui dem. 8. ff. quod met. caus. ibique gloss. verb. infamie l. i. iusta 9. ff. de manumiss. vindict. DD. in l. transigere 18. C. de transact. Jason. in l. ut vim n. 36. ff. de iustit. & jur. Petr. Gerard. de Petr. Sanct. sing. 1. n. 9. & sing. 82. n. 7. & sing. 33. n. 4. incip. nobiles. Mantua. sing. 383. per tot. Dec. conf. 687. n. 8. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. n. 63. Gail. 2. obs. 100. n. 6.

IV.

Vita hominis est incerta, Gail. 2. obs. 8. num. 2. Siquidem quamdiu quis victurus sit, plane incerto est. l. cum Titio 55. ad L. Falcid. Multis enim casibus est exposita, adeo ut nemo sibi crastinum diem polliceri possit, cum mors omni etati sit communis, juxta illud Horatianum: Mixta senum ac juvenum densantur funera, nulum

Sera caput Proserpina fugit.

& lib. 4. ode 7

Quis scit an adjiciant hodierna crastina summe

Tempora Dii superi?

Et Martialis lib. 1. Epigramm.

Non est crede mihi sapientis dicere, vivam:

Sera nimis vita est crastina; vive hodie.

V.

Vitam redimere qualibet ratione licet. l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui ant. sentent. sibi morti. conf. Henr. Bocet. de furt. cap. 2. n. 162. Carpz. part. 4. constit. 37. de fin. 9. n. 4.

VI.

Ex antecedente vita p[re]sumitur contra aliquem arg. l. cap. 1. de purgat. Canonie. hinc vitam antea etiam in excusando vel accusando plurimum habere momenti, text. est in l. non omnes. 5. §. à barbaris. ibi: & si bonus miles antea fuit, prope est, ut affirmationi ejus credatur; si vero remansor fuit, aut negligens aut segnius aut extra contubernium agens, non credatur ei & c. de re milit. Constit. Carolin. artic. 31. §. Sum vierdten. ibi: daß die besagte Person also argwöhnig seye, daß man sich der besagten Wißethat zu ihr versehen möge. Author. tr. de second fait pour Messire de la mothe boudanent. p. 3. ubi adducit exemplum Jonathæ, qui cum coram Saule Rege & patre suo vellet excusare factum Davidis, hac ratione ute-

batur: Opera ejus commodarunt tibi valde & percussit Philistæum, ibidemque plura egregia exempla ex profanis autoribus adducit, imprimis Pompeji Magni se ipsum laudantis, ut est apud Livium testantem insuper aurium fastidium obfusse, quia pro periculo, non in gloriam relata fuerint.

VII.

Vita infamibus supplicium, mors solatium, si quis 6. quest. 1.

VIII.

Vita in melius est mutanda, c. sane 18. de penit.

IX.

Vita hominis super terram, tentatio est, c. se nim 40. §. liberi de penit. dist. 2.

X.

Vivere quilibet censetur usque ad centum annos. l. an usus fructus 56. in pr. ff. de usufr. l. fin. §. & nobis quidem. C. de SS. Eccles. Cuman. in l. ex facto §. si quis autem. n. 6. vers. & ego oppono. ff. ad SC. Trebell. quam vitæ centenaria p[re]sumptionem notavit & gloss. in l. 2. §. si dubitetur. verb. liqueret. ff. quemadmodum. testam. aper. ibique Joh. de Imola. Cora. conf. 204. quamquam videtur lit. d. vers. his tamen non obstantibus. vol. 3. ubi dixit hoc axioma in praxi tenendum esse, licet ipse disputando & legendo contrarium tenuerit, idem tenent Alex. conf. 1. num. 42. vers. quia ad hoc respondeo. vol. 5. & in l. hereditatum in 4. notabil. & n. 9. in fin. vers. putarem tamen. ff. ad L. Falcid. Angel. in l. heres. in fin. ff. de acq. hered. Bald. in l. sed et si de sua. ff. eod. Jason in l. ut inter divinum. num. 31. vers. ult. pro perfectio. C. de SS. Eccles. & in l. cum quid. num. 31. vers. octavo. add. in 2. lectur. ff. si cert. per. ibique Purpurat. rem. 144. vers. quinto quod licet. Barbat. conf. 10. dist. ficile est. col. 2. in fin. vol. 3. Dec. conf. 575. in causa n. 10. vers. non obstat. Riminad. senior. conf. 265. visis scripturis n. 13. vers. nam juris p[re]sumptione vol. 2. & conf. 93. viso processu num. 35. vers. & maxime quando est. vol. 1. Hypopolit. Riminad. jun. conf. 64. in causa illustis n. 6. vers. sequitur quod dictus. vol. 1. ratio hujus, quare centesimus annus à lege statutus pro fine vitæ humane, nulla alia quæ sit aptior reddi potest, quam voluntas Legislatoris, quæ pro ratione sufficit, ut ait Bald. in c. in fin. de alien. feud. Hinc dicimus, quod quando habemus decisionem claram, non sit querendum de ratione Legis, quia decisio sufficit, si non constat de causa, ut notatur in l. Gallus 29. §. si ejus. ff. de liber. & postum. vid. tamen Censorin. in c. 21. lib. 19. lect. antiq. nec facit quicquam l. hereditatum 68. ff. ad L. Falcid. ubi quis p[re]sumitur non ultra triginta annos vivere. Locum enim ea Lex tantum habet in Falcidia, quæ extra terminos ejus extendi non debet, cum Falcidia sit res odiosa detracta contra voluntatem testatoris. Corn. conf. 243. circa primum lit. C. vers. & solet. vol. 3. Alciat. de p[re]sumpt. p[re]f. 44. in fin. reg. 1. Pacian. 2. de probat. c. 7. n. 23.

XI.

Nullus adeo est contractus viribus & decrepita etate gravatus, ut non adhuc credat per annum vivere, ut eleganter ait D. Hieron. in 2. part. epist. 40. add. & Senec. p. 2. epist. ad Lucill. epist. 11. Ula-

Unde etiam & Lex ipsa hoc indigitat, quod nullus sit adeo senex, quin praesumatur vivere per quinque annos, prout asserit Paul. de Castro in l. hereditatum. ff. ad L. Falcid. cum tamen nemini dubium sit, quod senes in periculo mortis esse dicantur, ut refert Imol. in c. fin. ut lit. non contestat. Abb. in c. magna. de voto.

XII.

Viventis nulla est hereditas. l. i. de hered. vel act. vendit. gloss. in l. 27. §. 30. de acquir. vel amitt. hered. nullave adiri vel peti hereditas potest. l. qui superstitis. 94. cum similib. de acquir. hered. Welenb. parat. de petit. hered. n. 12. vid. supr. lit. S. cap. Successio.

CAP. XXXIII.
Ulterior.

Quotiescunque jura feudalia non de primo succedendi gradu, sed de ulteriori loquuntur, tum illud semper exprimere solent, *ut, de eo qui sibi & heredibus masculis*. E. 17. Hartman. Pistor. 2. q. 3. 6. n. 25.

CAP. XXXIV.
Ultimum. vide supra Novissimum.

Axioma I.

Ultimum tollit omnia praecedentia. cap. cum Marib. 6. de Celebrat. missar. c. ult. q. 2. l. cum hic status. 32. §. 3. de donat. inter vir. & uxor. Francisc. Marcus q. 319. p. 1. Jason conf. 175. Capr. reg. iii. n. 37. Roland. à Vall. conf. 33. n. 19. lib. 3. Cephal. conf. 519. n. 2. Corn. conf. 319. n. 1. vol. Riminald. senior. conf. 455. n. 12. vol. 5. & conf. 459. n. 1. vol. eod. Vasq. lib. 1. de succession. resol. §. 1. n. 21. Paul. de Castr. conf. 284. in factopresenti. vol. 1. Paris. conf. 10. n. 4. & conf. 34. vol. 3. Francisc. Bursat. conf. 42. n. 5.

II.

Ultima opinio in dubio praevalet. Zas. in l. ubi n. 75. §. feud. 3. per ill. text. n. 15. de V. O. eam enim, quam postremo loco adferunt, probare censentur, Curiae. ad l. 2. Comm. praed. aliquando tamen contra est, & ultima sententia remouetur, ut l. 21. §. 1. ad Aquil. l. F. 9. ubi tamen particula correctoria licet manifeste adjicitur, vid. omnino Welenb. conf. 1. n. 34. in fin. Georg. Schultz. in syn. off. feud. c. 1. n. 23. Anton. disp. feud. rb. 1. lit. K. add. §. similiter 3. 2. F. 51. Distingue declarationis loco inter sententias duas simpliciter relatas & cum nota reprobationis sive tacite sive expressae prior casu praevalet ultima opinio, posteriori vero prima. vid. supr. lit. O. in voce Opinio.

III.

Ultima derogant prioribus, de quo dixi supra lit. P. c. posteriora.

IV.

Ultimus rei status inspiciendus est in omnia materia, l. illud. 20. C. de collat. l. si mater. 6. C. ne de statu defunct. cap. cum venissent. 6. de institut. cap. consultationibus.

de jure patr. Gramm. decis. 67. n. 4. Mascarl. de probat. concl. 175. n. 8. Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. 5. num. 19. Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 6. n. 39. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 20. n. 14. Rot. decis. 457. n. 2. apud Farinac. p. 1. recent.

Et praecipue in beneficialibus, ut per Benintend. decis. 23. n. 11. Dec. consil. 126. n. 3. Lambertin. de jure patron. lib. 3. q. 7. princ. art. 7. n. 7. & lib. 2. p. 1. q. 3. princ. art. 21. n. 1. Hieron. Gabr. conf. 185. n. 2. & 23. lib. 2. Mascarl. de probat. concl. 172. n. 8. & concl. 956. n. 6. Marc. Anton. Genuensin praet. Archiep. Neapol. cap. 100. vers. quod si. Mar. Antonin. d. lib. 1. resol. 66. n. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 2. n. 14. & §. 3. n. 18. & gloss. 45. §. 2. n. 14. Anton. Monach. Bononiens. decis. 36. n. 13. cum seq. Rot. decis. 315. n. 2. apud Farinac. part. 2. recent. ubi quod ultimus status beneficii non prodest ex provisione, quae non habuit effectum, eadem Rot. decis. 374. n. 9. p. 1. recent. nisi constet de contrario statu legitimo praecedente; tunc enim non attenditur ultimus status, nisi probetur legitime praescriptus, ut censuit ead. Rot. apud eund. Farin. decis. 188. n. 1. p. 1. recent.

CAP. XXXV.
Ultio, Vindicta.

Axioma I.

Ultionem sibi permittere alicui non est integrum, cum judiciorum vigore juris publici tutela in medio sit constituta, quibus jus suum obtinere quis possit. l. nullus. 14. C. de judic. l. non est in singulis. 176. de R. l. Boccr. de investit. feud. cap. 5. n. 96. quia singulis concedendum non est, quod per Magistratum publice fieri potest, ne occasio detur majoris tumultus faciendi. Cur enim, inquit Ulpianus post Celsum & Julianum, ad arma & rixam procedere patiatur Praetor, quos potest jurisdictione sua componere, l. si cupis. 13. §. 3. vers. equissimum. ff. de usufruct. Hinc si Colonius vel vasallus domino injuriam intulerit, non tamen potest ipse dominus vindicare, nisi ejus dignitatem laedat injuria aut jurisdictio domini ea impediatur. Perez. C. in quib. caus. Coloni. n. 5.

Limitationis loco huc refer casus in tit. C. quando liceat unicuique sine iudice se vindicare l. 22. §. 4. ff. de adulter. l. 24. ff. eod. comprehensos, quos omnes collegit Johann. Peterlen. in disp. in aug. quand. quis se ipsum sine iudic. vindic. possit.

II.

Ulcisci se qui voluit, aliquo modo est ignoscendum. l. qui cum major. 14. §. si libertus 6. ff. de bon. libert. Felin. in c. significasti. num. 14. de homicid. & in c. dilecti filii. n. 12. de Except. Jason in l. ut vim n. 11. ff. de iustit. & jur. Jacob. Boulen. in repet. l. capitulum. §. famosus. n. 195. vers. pro hoc facit.